

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

659. Quænam beneficia conferre possint Nuncii missi cum potestate
Legati de latere vi facultatis iis concessæ quæcunque beneficia simplicia
per obitum ultimorum possessorum extra Curiam vacatura, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

De Collatoribus inferioribus.

2

quia iuris p. sed quia litigiosa. Quin & si haberet specialiter potestatem conferre litigiosa, non posse adhuc conferre litigiosa iuris p. laicalis (idem videtur de jure p. mixto) propter prejudicium laici, cui salvum manet jus presentandi lice finita, tanquam verius censet Garc. n. 61.

Questio 655. Qualiter Legatus de latere possit collationem beneficij committere alteri?

Respondeo: Etsi non possit alicui in genere, aut etiam in specie facere potestatem, ut beneficiorum resignationes recipiat, & ea personis idoneis conferat; potest tamen alicui committere receptionem resignationis, & postquam illa recepta est, eidem committere, ut personæ idoneæ conferat. Laym. ad c. delibera. de off. leg. §. prohibemus. n. 3. & 4. Pirk. de off. leg. num. 26. Verum de eo, quid possit Legatus circa resignationes recipiendas, item unienda beneficia, & alia suis locis agetur: vide tantisper Barb. juris Ecc. l. 1. c. 5. n. 61.

Questio 656. A quo tempore Legatus de latere conferre possit beneficia?

Respondeo: posse eum id à die, quo Urbem Regem est, & ad eam redit; ab illo enim punto, & toto illo tempore (quod idem est de Nuncio) Legatus est, & legatione fungitur; Argumento l. vero. ff. de off. proconsulis. habetque iurisdictionem voluntariam, etiam quodad exercitium, quod refertur collatio beneficiorum) etsi non habeat contentiosam, saltem quodad exercitium. Castrop. loc. cit. p. 26. num. 19. & 20. citans Azor p. 2. l. 5. c. 27. q. 6. addatque conta Azor l. 6. c. 25. q. 12. idem esse de institutione, & confirmatione, & quod, licet hæc fieri nequeant sine cognitione causa, dum tenetur instituens & confirmans electorum & presentatorum vitam & literaturam examinare; hac tamen cognitio, & exploratio fieri possit absque strepi tu judiciali ad sui plenam informationem, nullo apparente contradictorie; præterquam quod talis cognitio & informatio fieri possit ab eo, in provincia, institutio vero & confirmatio extra. citat Garc. p. 5. c. 2. n. 141.

Questio 657. An, & qualiter valeat collatio à Legato facta ei, qui tacet se habere aliud beneficium?

Respondeo: esse subreptitiam, & nullam non fecusacilla, quæ sic facta esset à Papa. c. collatio. de off. leg. in 6. Pirk. tit. eod. num. 27. Barb. juris Ecc. l. 1. c. 5. num. 49. citans Staphilæum de lit. gratia. tit. de pot. leg. num. 38. Menoch. de arb. cas. 20. num. 50. Rebuff. &c. Cujus contrarium est in aliis inferioribus Collatoribus, qui si beneficia conferant, opus non est, ut beneficij prius jam habiti mentio fiat, licet prius dimitti debeat, si est incompatibile cum secundo. Pirk. loc. cit. Barbos. nu. 50. citans Felin. in c. ad aures. de rescrip. num. 15. Selv. p. 3. q. 25. & aliquot Rota decis. Ratio hujus dispartatis est; tum quia potestas Legatorum in hac parte est quasi extraordinaria, & superinducta, alisque collatoribus præjudicans, id est restringenda, ut Pirk. tum quia ordinarius magis deliberatus est, & cerrus in beneficis, quæ ad suam provisionem spectant, quam Papa in beneficij totius orbis, vel Legatus respectu totius sua provinciæ; ac proinde in Ordinario subreptio non præsumitur,

sicut in Papa & Legato, qui non sic subditos noto habent, sicut Ordinarius, adeoque nec ita notum habent, qualia beneficia clerici singuli possideant, sicut Episcopus. Quod si tamen motu proprio Legatus à latere conferret beneficium, non facta mentione prioris jam habiti, cum hac clausula: motu proprio: in literis collationis expressa, probabilius validam esse collationem, sicut etiam in eo casu valida est collatio Papæ; quin & Ordinarii, quo deterior esse non debet Legatus, censet Pirk, citans Gl. Laym. & Barbos, in cit. c. collatio. (in quo etsi sermo sit de solo Papa, non tamen Legatus excluditur) idem tenet Barbos, juris Ecc. l. 1. c. 5. nu. 51. citans Mandos. in reg. 16. q. 8. num. 3. Abb. in c. ram. n. 1. de etat. & qual. contra Jo. Monach. Lap. Anch. &c. censentes non posse Legatum conferre beneficium cum clausula: motu proprio: absque eo, quod de alio in gratia mentio fiat.

Questio 658. Quid possit Legatus à latere in commendandis Ecclesiis?

Respondeo primò: illum posse beneficia parochialia commendare ad tempus, nimirum ad 6. meses; quia id juris & potestatis habet Episcopus. Barb. juris Ecc. l. 1. c. 5. num. 53. citans Gamb. de pot. leg. l. 4. num. 143. & Azor p. 2. l. 5. c. 29. q. 6. poteritque finito primo semestri, si adhuc duret eadem necessitas, vel utilitas, hujusmodi beneficia per aliud semestre commendare. Barb. ibid. citans Gl. in c. nemo. de elect. in 6. Gonz. gl. 188. n. 35. Azor ubi ante num. 7. aitque id procedere, licet hæc beneficia ad Papam devoluta essent; quia & hæc conferre potest. citat pro hoc Azor q. 13. Rebuff. in pr. tit. de commend. num. 56.

2. Secundò, neque parochiale, neque aliud beneficium commendare potest in perpetuum, nisi hoc specialiter habeat in facultatibus; beneficia enim commendare ad vitam commendatarii, est solius Papæ. Barb. loc. cit. num. 59. citans Gamb. l. 4. n. 162. Garc. p. 4. c. 4. num. 23. Mandos. reg. 32. q. 7. num. 5. contra Zechum de benef. & pension. c. 7. num. 2.

3. Tertiò, neque potest Ecclesiæ regulares commendare secularibus, aut è converso. Barb. loc. cit. num. 60. citans Azor q. 9. Gamb. nu. 197. etsi dicat Azor solere; tamen in facultatibus (intellige extraordinariæ) concedi solitis Nuncio contineri, ut possit commendare regularia secularibus, & contra.

Questio 659. In ordine ad præixin interpretandi facultates quodad collationem beneficiorum, dari quandoq; solitas Nuncius alias missis cum potestate Legati de latere; Quanam beneficia vi talis facultatis conferre adhuc nequeant, dum ea concederetur in illa forma, in qua concedi solere Nuncius Hispania referunt Castrop. & Garc. nimis ut quecumque beneficia Eccles. simplicia in Hispania existentia extra Metropolitanas, Cathedrales & alias Collegiatas Ecclesiæ per obitum illorum ultimorum possessorum extra Curiam Romanam vacatura, modo illa alia quam reservatione mensum reservata non fuerint, & cuiuslibet earum fructus, redditus & proventus, etiam ratione personalis residencia percipi solitus, ac distributiones quotidiana.

B b 3

na 24

n. 24. ducatorum auri de camera secundum communiores estimationem valorem annum non excedant, pro tempore vacantia personis idoneis providere possit; ita tamen, ut non prius provisionem hujusmodi facere debeant, quam sibi fide dignorum testimonio constituerit, fructus predicatorum ipsum valorem annum non excedere, alioqui provisiones factae nullius sint valoris &c. Ut re ipsa hanc eandem facultatem Barb. loc. cit. nu. 53. citans pro hoc Casar. de Grassi, decif. 7. &c. 9. de præb. extendit ad omnes similes Nuncios, dum ait: Hodie Nuncios missis de latere conceditur facultas restricta ad beneficia Eccles. simplicia per obitum extra Curiam vacatura, quæ non excedunt valorem 24. ducatorum, computatis distributionibus, extra tamen Metropolitanas, Cathedrales & Collegiatas; sed quidquid sit de hoc, num similis seu par facultas concedatur omnibus missis cum potestate Nuncii de latere?

Respondeo: si talem potestatem obtinuerit Nuncius aliquis simpliciter missus, vel etiam habeat Nuncius aliquis missus cum potestate Legati de latere, non poterit adhuc conferre. Primo Canoniciatus Cathedralium, & Collegiarum, licet valorem 24. ducatorum Camera non excedant, multoque minus dignitates.

2. Secundò neque officia personatū; quia facultas se extendit tantum ad simplicia. Castrop. loc. cit. num. 4.

3. Tertiò neque curata, eris ea per accidens aetu curam non exerceant. v. g. quia ob inundationes fluminum, vel incursions latronum, Ecclesia parochialis desistuit ad tempus parochianis, & spes est probabilis, Parochianos esse reversuros, ut est in dictis casibus; talia enim beneficia vere curata dici debent. Castrop. loc. cit. Garc. num. 112. juxta plures Rota decisiones. Secus dicendum est dum purè habitu curata sunt; nimur ubi Ecclesia Prochialis amisit parochianos, & verisimiliter spes nulla est recuperandi &c., praferunt si 40. anni lapsi sunt sine parochianis; censent enim tunc absolute in omnibus simplicia. Castrop. l. cit. Garc. num. 115. ex Felin. Gabriel. Rota &c. Sicut iam adhuc conferre poterit ea, quæ parochiale annexam habent secundari, & accessori tantum, si simul cum accessorio non excedant valore facultatis illius: secus si annexio facta esset a quæ principaliter. Garc. num. 124. citans se ipsum p. ult. c. 2. num. 37. Item conferre adhuc poterit ea, quæ ex constitutione seu consuetudine Eccles. habent onus gerendi vices Curati Sedi illius vacante; quia ob solum exercitum cura accidentale ille vices gerens non dicitur habere beneficium curatum, ut Old. Felin. Sarnenf. Garc. num. 125. Non tamen videretur posse conferre ea, quæ habent onus perpetuum administrandi Sacra menta, & adjuvandi re-storem; ed quod hac juxta declar. S. Congregatio nis requirunt personalem residentiam, ac vere curata essent, ac proinde curata censemur. Garc. nu. 127. Item conferre poterit Archipresbyteratus rurales, ed quod hi veniant hodie domine simplicis beneficii; dum ea hodie nullam jurisdictionem fori externi annexam habent, sicut habuerent antiquitus; sed solum dignorem locum in con-

ventu Sacerdotū, intersint computibus, rationes ab Ecclesiis economis recipient, à ratione dignitatis exciderunt. Castrop. num. 5. Garc. à num. 94. juxta plures Rota decisiones, quas recitat.

4. Quartò, non poterit conferre vacantia per resignationem, asecutionem alterius beneficii, per initium matrimoniū, aut statum religiosum, per privationem, vel alium modum distractum ab obitu. Garc. num. 87. & 88. Subjungens, sufficere ramen ad hunc effectum, ut conferri possit à Nuncio, quod vacet de facto per obitum illud possidentis, etiā alijs aliter vacaret de jure, cītā pro hoc Mansdos. ad reg. 3. q. 13. &c. ad reg. 6. q. 5.

5. Quintò, non poterit conferre litigiosa, ut dictum supra, etiam de Legato à latere. Garc. nu. 130. nec obstat, quod Nuncio in sua facultate habeat clausulam, ex qua potest in suis provisionibus apponere derogationes, & clausulas necessarias & opportunas, & in literis Apostolicis concedi & extendi solitas; atque ita apponere possit clausulam, quæ in literis Apostolicis solet apponi: Et super eos pendeat indecisa &c. ita namque clausula facultatis Nuncii non est intelligenda de clausulis in literis Apostolicis apponi solitis, quæ sumuntur ex supplicatione, in qua specialiter sunt concessæ, qualis est illa: Et super eos aliqua &c. sed de clausulis in literis Apostolicis concedi & extendi solitas absque speciali expressione in supplicatione facta; atque ita illa clausula de lite non solet apponi in provisionibus Nuncii. Adde quod clausula illa facultatis Nuncii ita intelligenda non sit, ut possit derogare dispositioni juris communis. ita Garc. num. 131.

6. Sextò, non poterit conferre beneficia illiusmodi simplicia in mensibus Ordinarii gaudentis alternativā; tam enim hac gratia alternativa, ut pote in favorem residentia concessa excellens est, tum propter decretum irritans contentum in gratia alternativa annullans quamcumque provisionem à quoque; etiam à Sede Apostolica factam: tu quia ad sui derogationē requirat fieri illius mentionem expressam, ut merito presumatur, facultatē Nuncii (rameti) in se continet clausulam memoratam paulo ante, vi cuius alia apponere possit in provisionibus clausulam &c. quæ derogetur contraria dispositioni ad ejusdem derogationem se non extenderet. ita probabiliter Castrop. loc. cit. nu. 17. contra Garc. à num. 134. censem, id posse Nuncium, etiam præ Legato à latere ob dictam clausulam, apponendi clausulas necessarias specialiter in ejus facultate contentam; de cetero poterit conferre vacantia in mensibus 4. Ordinarii, nimur non gaudentis alternativā, & ita cum istis ordinariis concurre, quia ejus facultas non appetit in hac parte limitata. Garc. num. 132. Castrop. loc. cit. citantes Rotam in una Compostellam, ut per Crescent. decif. 8. German de industro Card. S. ac irritum. nu. 42. contra Gonz. S. 2. proœm. num. 55. quatenus dicit, hodie domine, ut à peritis Nuncios se audiisse relatur, facultatem hanc iis limitatam, ut cum Ordinariis in eorum mensibus concurrere nequeant; quod ipsum, cum non appareat in prædicta facultate concessa Nuncio Hispaniæ, ait Garc. dici sine fundamento. Nihilominus ait Garc. quod etiā id Nuncii possent, non tamen soleant cum Ordinariis concurre.

7. Septimō, non poterit conferre vacantia, Sede Episcopali vacante; sunt enim reservata ex regula cancelli, reservatione distincta à reservatione ratione.

ratione mensium Apostolicorum, & Nuncius pro-
videre nequit beneficia aliter, seu reservatio-
ne aliâ, quam ratione mensû reservata. Castrop.
n. 26. Garc. n. 139. citans Ferret. conf. 17. n. 2. Cassad.
decis. 9. de prob. ac pricipiè Caputaq. decis. 85. p. 20
& Mandof. de sign. gratia. tit. de induito conferendi re-
servata. & reg. 32. q. 14. quamvis addat Garc. n. 142.
se vidisse in Episcopatu suo, Nuncium ea Sede va-
cante conferre. Perrò opus esse, ut exprimatur mensis
in provisionibus Nuncii, ait Garc. n. 134. citans
Mandof. reg. 34. num. 50. Crescent. decis. 10. de re-
script. Rotam decis. 206. p. 1. divers. eo quod regula
octava pricipiens hanc expressionem in provisio-
ne Apostolica procedat etiam in provisione facta à
Nuncio proper rationis paritatem, qua est, ne pra-
judicetur Ordinario. Negat è contra Castrop. loc.
cit. num. 18. eo quod hoc onus in facultate Nuncii
non impositum, et si impositum sit in provisione
Apostolica, extendi non debeat ad provisionem
Nuncii; cùm lex, irritatoria pricipiè, extendi
non debeat ad casum non comprehensum ob simi-
litudinem rationis, qua tamen etiam hic non est; et
cum Papa possit prajudicare Ordinariis gauden-
tibus alternativâ. Item Nuncius in provincia sua
melius cognoscet, quo mente vacarit beneficium,
quam Papa; cùm habeatur Nuncius tanquam Or-
dinarius.

8. Octavò, non poterit conferre, quorum valor
etiam in modico v. g. sexta parte excedit 24. du-
catos (qui modicus excessus aliâ admitti solet
ad excusandam malam valoris expressionem, ut
Mand. de signat. gratia. tit. de provis.) eo quod facul-
tas Nuncii restricta sit ad non excedentia dictum
valorem. Garc. num. 182. juxta expressam Rota
decis. in Calagur. Archipresbyteratus 13. April. & 20.
May 1587. quam verbotenus refert; sed & nu. 184.
ait, id procedere, etiamsi excessus non esset nisi
unius iulii. Poterit nihilominus conferre benefi-
cia simplicia seu præstmonia invicem unita, quo-
rum in simul fructus excedunt dictum valorem 24.
ducatorum, dum unio facta est aquæ principaliter,
si singulorum seorsim fructus non excedunt dictum
valorem; non secus ac conferre potest duo bene-
ficia separata, quorum singula non excedunt di-
ctum valorem, quamvis ambo simul excedant illum.
Garc. num. 145. Ea tamen conferre non poterit, si
unum alteri unitum est accessoriè per viam incor-
porationis; eo quod dicta unio operetur extincio-
nenem tiruli, & nominis beneficii uniti, & judicatur
prædium illius, cui sit unio, & sic unum tantum est
& efficitur beneficium, cuius fructus excedunt 24.
ducatorum; cùm & fructus beneficii uniti sint fructus
beneficii principalis, & in impetratio non est
opus exprimere unitum. Garc. n. 147. & 134.

9. Denique conferre poterit beneficia juris. p.
Eccl. non laicalis aut mixti, juxta ea qua dicta sunt
de Legato à latere, modò non excedant dictum valo-
rem. Garc. n. num. 243. similiter conferre poterit
exempta, ut dictum de Legato à latere. Garc.
num. 251.

Questio 660. Qualiter computandus ille
valor 24. ducatorum Auri de camera, &
quenam computanda in fructibus, ut valor
ille excedatur?

10. Respondeo ad primum: de valore ducati Au-
ri de camera dictum est alias, nempe quod
fit scutum aureum, & unus Argenteus, seu Julius;

circa quod notandum, quod alias in reservationi-
bus valor ducatorum, dum non additur de camera,
attendendus sit ille valor eorum currens in loco be-
neficii. Garc. cit. p. 5. c. 3. nu. 151. citans Gigas conf.
58. alias responso 49. de pens. Belenzin. de subfido char-
itativo. q. 89.

2. Respondeo ad secundum primò: non esse
computanda emolumenta incerta, v. g. funeralium,
& anniversariorum, quæ dotata non sunt, sed vo-
luntaria, eleemosynæque incertas. Castrop. loc. cit.
num. 6. Garc. num. 155. Secus est de anniversariis
fixis testamento vel donatione relictis habiliter
seu fundatis, & obligationibus consuetis; nam ea
emolumenta computantur in valore beneficii. Ca-
strop. ibid. Garc. loc. cit. citans Wamef. conf. 227. &
Suar. tom. 5. d. 2. s. 1. num. 30. Secus etiam est de
illis incertis, si solita sint locari singulis annis pro-
certa quantitate, aut aliter communiter redigantur,
seu redigi possint ad certam summam; per hoc
enim incerta ista redduntur certa, & sic computari
debet, saltem ut fructus seu distributiones ratione
personalis residentia percipi soliti. Garc. cit. n. 155.
citans Felin. in c. ad aures. nu. 14. Selv. p. 3. q. 9. n. 12. &
Cesar de Grassi. decis. 117. n. 12. & Rotam in Ma-
joricens. Capella, 15 Janu 1592.

3. Secundo non sunt computanda in valore be-
neficii emolumenta competentia Capituli
beneficiorum (qualia capitula clericorum dari
solent quandoque, quibus similia funeralium emolu-
menta, & plures missarum eleemosynæ inter ta-
les clericos capitulares dividenda, si divinis affi-
stant; & in qua capitula intrandi jus habet quilibet
talis, v. g. urbis propriæ beneficiatus, per se de-
serviens suo beneficio, ut Garc. nu. 158.) ista nam-
que non computantur, nec conceduntur ratione
& jure beneficii, sed capituli, & serviti illius,
quod est distinctum à beneficio, licet ratione be-
neficii habeat quisvis jus intrandi tale capitulum,
si velit, & ex admissione seu ingressu in illud ca-
pax fiat dictorum emolumentorum, dum perso-
naliter praesentes sunt; eo ipso namque paret, be-
neficium non concedere illis jus ad dicta emolu-
menta, sed solum afferre aptitudinem ad illa per-
cipienda, securis ac alias contingit in distributioni-
bus quotidianis inter canonicos dividendis; ha-
enim, quia ex canoniticibus extractæ sunt, sunt
fructus beneficiorum, & residentiam seu interef-
fentiam tanquam conditionem requirunt, ut per-
cipiantur. Castrop. loc. cit. Garc. n. 160.

4. Tertiò, probabiliter computanda non sunt,
sed deducenda stipendia missarum, ad quas per se
dicendas obligatus non est beneficiatus, sed potest
curari legi per alterum; sicut enim illa stipendia
obtinere possit legendo missas, quia tamen non
est obligatus illas dicere per se, non debent tan-
quam proventus beneficii, sed potius tanquam
fructus residentia & personalis laboris computari,
adeoque excessum valoris beneficii constitueret
non possunt; cùm non sint excessus per se annexus
beneficio, sed solum ex voluntate & labore benefi-
ciati. Castrop. n. 9. citans pro hoc Gurtier. qq. cans
1. c. 39. n. 68. Cesar de Grassi. decis. 18. & 20. &c
Garc. n. 166. qui tamen ibi solum astruit in ordi-
nare ad effectum regulæ de valore in ordine ad
quem computatur solum, quod beneficium valet
importare liberè, & in absentia ab Ecclesia, citare
que pro hoc quamplurimos. Econtra computanda
est hac stipendia missarum, ubi beneficiatus ob-
ligatus est eas legere per se ipsum; quia v. g. Ca-
pellani.